



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.12. Ecclesia Paderbornensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

**Sæcul. VIII.** mitibus, qui Papam deducerent usque  
 A.C 799. ad locum, quo ipse Rex Carolus obviam  
 processit. Erat locus ille in Saxonia,  
 nam tunc temporis Rex Civitatem Pa-  
 derbornensem insidebat. Venientem  
 Papam recepit inter Hymnos & Canti-  
 ca spiritualia, moxque fluentibus mutuis  
 lacrymis in amplexus ruerunt. Tum  
 Pontifice cantum Gloria in excelsis in-  
 choante & Clericis omnibus responden-  
 tibus, oratio super populum dicta. Pon-  
 tificem Rex aliquanto tempore honoris-  
 ce apud se retinuit, quod ubi hostes e-  
 jus Romæ cognoverunt, furore amentes,  
 incensis Ecclesiæ Romanæ agris, miserunt  
 ad Regem Legatos, varias accusationes  
 contra Papam deferentes.

### §. XII.

#### *Ecclesia Paderbornensis.*

In illa commemoratione Leo Papa Pader-  
 bornæ in Ecclesia, novissime ædifica-  
 ta, consecravit Altare, in quo Reliquias  
 S. Stephani Roma a se allatas depositit.  
 Hæc Ecclesia, ab origine Ecclesiæ Her-  
 bipolensi subdita, & ab aliquot annis o-  
 nimiam locorum distantiam separata, E-  
 piscopum acceperat Harmarum seu Ha-  
 tumarum. (\*) Is de Saxonum Gente  
 adhuc

(\*) Hodie Ecclesiæ Paderbornensis Episco-  
 pali

adhus puer Regi Carolo bellum in Sa- Sæcul. VIII.  
 xoniam moventi obses datus, in aula e- A. C. 799.  
 ducatus, tonsura insignitus, imbutus li-  
 beralibus litteris, & Clericorum Herbi-  
 polensium numero adscriptus, præ cete-  
 ris tanta vitæ merita exhibuit, ut inde  
 evocatus Rege jubente primus Pader-  
 bornæ Episcopus constitueretur. Hæc  
 Sedes sicut & Herbipolensis Cathedræ  
 Moguntinæ Suffraganea remansit. Cum *Ann. Egin.*  
 anno 792. Saxones pervicaci consilio de- *Fuld. Me-*  
 fecissent, & movisset in eos Carolus, an- *tens &c.*  
 no 794. non ausi fortunam in acie expe-  
 riri submiserunt se Regi; at iterum anno  
 795. & apertius anno 798. obedientiam  
 detrectantes Carolum coegerunt, hanc  
 ultimam expeditionem in se suscipere.  
 Ceterum quotiescumque Saxones a Fran-  
 cis

pali Infula ornatus Clemens Augustus, Elector,  
 & Archiepiscopus Coloniensis ex Serenissima  
 Domo Bavariæ, qui in dicta Ecclesia Pader-  
 bornensi anno 1751. R. P. Josephum ex Comi-  
 tibus de Gondola O. S. P. N. Benedicti in Mo-  
 nastryo nostro Ettaleensi Professum, Virum &  
 prudentia, doctrina, eruditione, animarum ze-  
 lo, & singulari Verbum Dei prædicandi dono,  
 quod etiam post suscepsum Episcopalem Ordi-  
 nem in terram non defodit, commendatissimum,  
 Vicarium suum in Pontificalibus generalem sibi  
 suffecit.

*Hist. Eccles. Tom. X.*

Q q

Sæcul. VIII. cis, toties etiam multi a Religione Chri-  
A. C. 799. stiana deficiebant.

## §. XIII.

*Felicitis Urgelitani Retractatio.*

*Fel. Conf. fid.* Carolus eo tempore, quo Paderborn  
*Alcui. adv.* anno 799. versabatur, Leidrado Ar-  
*Elip. lib. I.* chiepiscopo Lugdunensi, Nefrido Archi-  
*init.* episcopo Narbonensi, Benedicto Abbat-  
Anianensi, & pluribus aliis tum Episco-  
pis tum Abbatibus Urgellam missis, Feli-  
ci persuadere conatus est, ut errore di-  
misso, Ecclesiæ judicio se subjiceret. Pra-  
fules Urgellam pervenientes eidem me-  
morant, quid in Concilio eodem anno  
Romæ habitu actum fuisse. ipsiusque E-  
pistolam ad Alcuinum fuisse damnatam,  
invitant, ut in conspectum Regis ven-  
ret, & pollicentur, ipsi liberum fore, Tex-  
tus Patrum, quos opinioni suæ faventes  
crederet, producere. Ceterum hic Con-  
ventus Urgelitanus Conciliorum num-  
ero accenseri posset, & verisimile est, ideo  
ibi congregatos fuisse Patres, ut in iisdem  
locis, in quibus scandalum natum erat,  
etiam repararetur. Archiepiscopus ve-  
ro Narbonensis, qui intererat, illius Pro-  
vinciae Metropolita fuit.

Felix eo flecti se passus est, ut ven-  
ret Aquisgranum, ubi Rex Carolus hy-  
maverat hoc anno septingentesimo no-  
nagesimo nono, quo etiam annus Regni  
ejus